

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

XII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

## XII.

Vicem meam doles, Reverende & Clarissime D<sup>a</sup>. D. Præceptor, Promotor omni observantia mihi colende, mei quod in patria hætenus non habita fuerit ratio, ah qui non doleas? ecce enim, conatus sum, absit arrogantia, quæ decent ingenuum, & verò mei usus, & laboris præmium ubi est? Pudet dicere, vivo & nemini vivo, delitescio, torpesco, & quid non dicam, *terra pondus sum inutile*. O fatum quàm dejicis, dolent alii, & sanguis mihi meus exarescit, verum fateor:

*Strangulat inclusus dolor, atque cor aestuat intus,  
Cogitur & vires multiplicare suas.*

Sed quid sic angor? vereor ne peccem; novi DEUM, qui me non ignorat: *is in consilio deducis, & in gloriâ suscipit*; novi crucem hanc, quam DEI filii con-ducant, te denique, fortuna, novi, scio inimica non es, fallis enim ut plurimum, invidio si blandiaris nimium. Restat solatium mihi unicum, spes præmii unica; nam ut ait Comicus

*Ὅστις ἀθύρειν τὴν ἑκάστου περὶ αὐτὸν δὴ  
ἄδρει, πὲρ βελτίου δὲ ἀποδοκίμῃς αὐτῷ.*

Vos interim (te Rever. Pappe appello quoque) Præceptores, rogo & per Deum rogo, curam & sollicitudinem vestram de me non deponite, priusquam aut id, quod ad vos cupio, consequar, vel de alio idoneo, mihi que & meis studiis commodo loco, Dominus mihi prospexerit.

Videtis, quantum in vobis mihi sit spei repositum, quæso ne me confundatis; Committo vobis curam negotii honestissimi, & gloriam concernentis ipsius DEI, hujus gratiâ dum in vos suscipitis omnia, certò scio, hanc in me quoque infirmo vase non negligetis: tentor Ego vester discipulus; advoco vos, ô pii Præceptores, adeste mihi solatio, consilio, opera, &c.

Hocest quod, Præceptor observande, D. Clariss. ad te exarare debui, amame, ut facis, æternumque *σὺ τῆ κατ' ἴκον ἰακχούα* vale. Datæ Marburgi, 27. Julii, ao. 602.

R. V. D.

*observans discipulus*

Georgius Herdenius, D.

Saluta quæso ex me humaniter, Reverendos & Clarissimos viros, DD. D. Nasserum, Licentiatum Fabrum, & M. Speccerum Heb. Theologos.

XIII.